





1. A limus in praxi jud. §. 2. n. 9. in princ. nam in iis quæ à jure sunt determinata, non licet arbitrari, ut optime latè per Thomam Sanchez, de matrim. lib. 1. disp. 16. n. 4.
2. Et facit, quia in edicto debet competens terminus assignari ad comparandum, alias si vel petens collationem, nimis brevem edicti terminum procuraverit, ne deveniat ad plurium notitiam; institutionem irritam esse; probant Innocent. & Abb. in e. cum olim, de caus. poss. & prap. Ripa in e. cum M. Ferrariens. n. 10. de consuetud. Marc. Ant. Coch. lib. 4. instit. majorum tit. 4. n. 41. Sequitur nos Perez de Lara in tract. de ann. & Capell. lib. 2. c. 10. & n. 44. & seqq. ubi invehit in Prælatos, qui edicta beneficiorum, maxime Parochialium brevi tempore claudunt, forsam dum cupiunt, aliquibus beneficia conferre, cum ex hac nimia festinatione formæ juris non satisfaciunt, imò ejus intentioni, directè contraveniant, contra text. in l. tutor qui reperiuntur, §. tutor, ibi, debuit enim partibus suis fungi, non quidem præcipiti festinatione; & ita vidi declaratum in hoc almo tribunali supremo appellationi esse deferendum hac de causa, quoniam processum fuit ad provisionem ejusdem beneficii curati, proposito edictorum termino 6. dierum quia cum provisio nulla fuerit, & irrita, executionem, effectum non merebatur ac propterea justè fuit declarata delatio, & repositio.
3. Sed quid dicendum, an examen & concursus factus ante lapsum terminum edictorum sit nullus? In quo respondetur affirmativè, ut optime disputat, & resolvit plures decisiones Rotæ Garcia, de benef. hinc inde adducens in g. p. c. 2. n. 326. cum plurib. seqq. quia est factus contra formam Concilii d. c. 18. vers. in anulo, ibi, transacto constituto tempore, omnes, qui descripti fuerint, examinentur, &c. & cum loquatur per Ablativum absolutum, conditionalem dispositionem reddit, l. à testatore, ff. de condit. & demonst. & sic irrita erit, ne per præventionem unius, alii supplantentur secus si postea alius non compareat, Ricc. in pract. concursus dec. 323. in fin.
4. Desuper notandum erit, quod ex d. Tridentini decreto inductum est, pro forma, ut examen Parochialis vacantis debeat fieri cum examinitoribus saltem tribus, ut constat ex ejusdem Concilii decreto, ibi, non paucioribus, quam tribus: notat Pat. Ledesma 2. p. summa tr. c. 7. c. 1. concl. 7. circa 13. difficultatem, & declaravit S. Congregatio super eod. c. 18. Trid. super illis verbis: (tres ex illis eligat Episcopus,) ita ait: Statuit præcisè, ut examinatores sint tres, sed quod non possint esse pauciores tribus, ut supra dicitur, ita quòd si tres sunt tantum examinatores; vota non possunt esse paria; sed singularia quando singuli singula approbant.
5. Cui & illud est proximum, quod cum ex d. decreto Tridentini c. 18. sit dispositum, examinatores singulis annis in diocesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciunt, & ab ea probentur, adventientique vacatione cujuslibet Ecclesiæ tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant, indeque succedente alia vacatione, aut eisdem, aut alios tres, quos maluerit ex prædictis illis sex, eligat, tenet etiam Ledesma ubi proxime, qui deputandi sunt in Synodo vera, & formali, quæ est Congregatio legitima, quam facit Episcopus cum clericis, sibi subditis in sua diocesi, ad tractandum de iis quæ curæ pastoralis incumbunt, & de spectantibus ad reformationem, & bonum regimen Episcopatus, ut per Botem de Synodo 1. p. n. 5. & iterum 3. p. in princ. per totum. Unde evenit, quòd si pauciores, quam sex; putà quatuor, vel quinque examinatores in Synodo deputentur, non erit legitima deputatio, & consequenter examen, & concursus cum illis electis factus, erit nullus tanquam factus contra formam Conc. Trident. ut affirmat Nicol. Garcia de benef. 2. tom. g. p. c. 2. n. 66. ubi testatur, ita fuisse tentum per Rotam in uno Forosempronien. Parochialis 15. Januarii an. 1593. quia tu

etiam ad licentiam valde inferius numero 133. Et quidem est notandum, quod ab ipso Garcia 70 in eod. c. 2. à n. 66. cum seqq. probatur, quòd si ex dictis sex examinitoribus, aliqui intra annum mortui fuerint vel absentes, tota facultas examinandi spectabit ad superflites, etiam si unus tantum superfit, unà cum Episcopo, vel Vicario, cum Synodus nisi singulis annis congregari non possit, ex Trid. sess. 24. de reform. c. 2. si omnes mortui fuerint intra annum, vel absentes, 71 Episcopus examinitoribus antiquis Synodalibus (si fuerint) subrogabit alios non pauciores num. 6. & si non 72 extiterint non examinatores antiqui, qui ad hanc numerum accedant, tunc Episcopus eligat illos qui fuerint, ac alios suppleat denuo usque ad numeri prædicti quantitatem, & complementum, approbatos tamen à Capitulo. Verum si nulli antiqui Synodales examinatores superflites fuerint, tunc Episcopus omnes novos examinatores probitate ac scientia idoneos cum approbatione Capituli, non pauciores prædicto numero, substituat prout anno 1593. repositum fuit per sanctam Congregationem Card. proponente parte Episcopi Civitatis, cujus declarationem literaliter refert ipse Garc. ibi num. 72. de quo latè per Marefc. var. resola lib. 1. c. 32. Aloyf. Ricc. in pract. Eccl. concursus dec. 420. per tot.

Et quidem meriti; quoniam ubi forma præcisè servari non potest, sufficit adum facere per æquipolens, & eo modo quæ possit, Aymon. conf. 12. num. 2. & conf. 177. n. 5. cum aliis infinitis congeffis per Tiraq. de legib. connub. gl. 6. n. 32. & 69. Flam. Paris. de relig. benef. lib. 7. q. 5. n. 19. Rom. conf. 333. n. 5. Rolan. à Valle conf. 81. n. 25. & seqq. lib. 1. & conf. 30. n. 3. lib. 5. Alciatus in l. 1. n. 41. de liberis & postb. nam Concilium loquitur cum præsupposito, quòd examinatores Synodales existant, ergo cessante hoc præsupposito cessat ejus dispositio, ut notat in l. mancipia C. de servis fugit. & ibi gl. & Fulgof. & Salic. n. 2. Decius conf. 101. num. 2. Ruin. conf. 55. in fin. lib. 3. & conf. 83. num. 5. lib. 5. Socin. junior conf. 154. n. 22. lib. 3. & quia quando constituto inducitur novam formam, & illa de factò non potest observari, veluti quia non adsunt persone, vel qualitates requisitæ, sufficit quòd adus fiat eo modo quo priùs fieri poterat, c. quia propter, & ibi Abb. post Joan. And. in conf. 26. n. 12. lib. 2. & in conf. 1. num. 11. de elec. Aymon. conf. 12. num. 2. cum seqq. quam rationem sequuntur Riccius & Marefc. ubi proxime.

Et ex his apparet, quòd cum ipsi examinatores ex 76 Conc. & motu proprio Pii V. sint approbandi scientis, moribus, & vita, eorum deputatio debeat fieri nominatim, & de personis certis non autem in genere; puta Prior, seu lectoris talis monasterii, Canonicus Doctoralis, vel Magistralis, ac Pœnitentiarius, ut non comprehendatur etiam successores, tanquam persone incertæ, in quibus non potest cadere approbatio à Concil. Trid. & motu proprio, ut contra Ledesmam in summa 2. p. tract. 7. c. 1. concl. 7. circa tertium difficultatem, optime resolvit Nic. Garcia ubi c. 333. cum seqq. & nota, quia jam de factò dubitari vidi & de pluribus questionibus super ipsis examinitoribus, vide eundem, ibi à n. 42. cum multis seqq.

Hinc est, quòd examen & approbatio in concursu 77 requiritur necessariò pro forma ad provisionem Parochialis Ecclesiæ, ut constat ex d. Trid. & Bulla Pii V. ubi præsertim in examine per concursum faciendum, &c. & decrevit Sancta Congregatio super illis verbis (Episcopo faciendum, &c.) Concil. Trid. d. c. 18. superius adducta n. 56. & iterum per ipsam Congregat. super illis verbis (subreptitiè esse censentur) ita: Examen omnifsum in Parochialibus per concursum vitiat collationes, & in provisionibus Parochialium Ecclesiarum factas post publicationem Concilii Trid. ad ordinariis absque examine per concursum nullas, sed prædictæ Parochiales

chiales ita collatæ vocant, &c.) etiam oppositori quantumcumque, & etiam notoriè docto non potest Episcopus beneficium conferre, sed tenetur omnimodò formam concursus servare, quem is oppositor omnimodò subire tenetur. Fusc. in tract. de viciis. lib. 2. c. 5. n. 10. Cened. in collecta. 15. ad decretum nu. 5. Flamin. Paris. de resig. lib. 8. p. 9. à p. n. 38. Zerola in praxi Episc. verbo Dañor. §. 1. 2. p. Marc. Ant. Genueus in praxi Archiep. Curie Neapolit. c. 65. n. 1. de si. Prop. de August. in addit. ad summam Bullarum 40. verbo, Parochialium beneficiorum collatio q. 1. & Lessius de just. & de jure. lib. 2. c. 34. n. 82. Gonz. in regul. de mens. gl. 4. à nu. 90. nonnullos citat Ricc. in pract. Eccl. concursus, dec. 4. à p. c. Ceterum & ex d. Trid. decreto 18. vers. et alio deinde, &c. requiri præcisè pro forma, ut examinatores renuncient, quotquot idonei reperti fuerint, ut S. Congregatio super d. c. 18. censuit ita: Examinatores peracto examine debent esse ex communi sententia renuntiare Episcopo, quotquot idoneos repererint: & an hæc renunciatio debeat esse palam, seu secretè, & de aliis hujus declarationibus vide latè per Nicolaum Garc. ubi supra n. 104. & seqq.

Et autem, quæ supra diximus, concursus ad Parochiales esse, de forma & substantia provisionis intelligenda sunt etiam in Parochialibus juris patronatus Ecclesiasticis; nam in iis patronus præsentare non potest alium, quam unum ex eis, qui proposito edicto se opposuerint, fuerint examinati, & ab examinitoribus approbati juxta d. Trid. de retum. 18. sess. 24. de reform. ibi: Si verò juris patronatus Ecclesiasticus erit, ac institutio ad Episcopum, & non ad alium pertineat, is, quem patronus digniorum inter probatos ab examinitoribus judicabit; Episcopo præsentare teneatur, ut ab eo instituitur, cum verò institutio ab alio, quam ab Episcopo erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præsetet, ad quem institutio spectet, &c. ac ideo ad differentiam juris patro. laicorum, de quo proximus, & vide Riccium in pract. Eccl. concursus ad paroch. dec. 4. à p. ad fin.

Et ex hoc sequitur, quòd cum hæc fit forma à Tridentino tradita, non transgredienda, sed specificè servanda, ut patronus Ecclesiasticus ex approbatis per concursum, unum præsentet institutendum, si aliquem præsentaverit, antequam fit ita ab examinitoribus approbatus in concursu, præsentatio erit nulla; nec ejus virtute faciendi erit institutio ab Episcopo, tanquam minus legitime facta; nisi denuo iterum expresse vel 83 tacitè fuerit præsentatus, postquam ipse fit intra terminum edictorum, seu re integra, oppositus, & inter ceteros descriptos & inter dignos approbatus. Imò institutio aliter facta irrita erit, quia quando institutio, seu collatio facienda, certo generi personarum, vel ex certi generis personis, quibus aliqua qualitas requiritur, sive jure, sive fundatone, vel alio quovis modo aliis facta, quam eisdem qualificatis, & ejusdem generis, erit nulla provisio ipso jure, ut puta, quando præsentari, aut conferri debeat beneficium naturalibus alicujus loci, seu clericis, & portionariis certæ Ecclesiæ, vel filiis patrimonialibus, vel consanguineis fundatoris, quia aliis facta irritatur, & est invalida præsentatio, ita expresse dicunt Card. conf. 48. Joan. Gutie. conf. 2. n. 3. Aymon. conf. 62. n. 5. Didacus Perez in l. 1. tit. 5. lib. 1. ordin. ver. quod adeo procedit Azeved. in l. 14. tit. 3. n. 13. Cened. in collectaneis ad de retal. 89. Nicol. Garcia de benef. 2. tom. 7. p. c. 15. n. 9. & supra quoniam 84 harum qualitarum appositio, cum sit forma ipsius provisionis omnimodò servanda est in provisione, ita Rochus de Curte de jure patro. verba honorificum q. 18. ad si. Lamber. de jure pat. 3. p. 2. lib. 9. art. 4. n. 8 & 11. Covarr. in regul. peccatum, 2. p. §. 7. n. 5. Gutt. Canon. q. lib. 2. c. 1. n. 37. Ovied. de benef. incomp. c. 23. n. 132. & c. 23. à n. 107. Perez de Lara de ann. & capell. lib. 2. c. 2. à

n. 1. Azor. instit. moral. 2. p. lib. 6. c. 4. q. 25. quos de materia require.

Deinde quia quando collatio, seu presentatio facta 85 cienda est certæ personæ, seu certo generi personarum tunc dicitur necessaria, Rebuff. in praxi tit. de collat. n. 1. Petrus Gregor. de benef. c. 39. n. 3. Puteus dec. 190. n. 3. lib. 3. & dec. 235. lib. 2.

Deinde cum Concilium Trid. noviter illam certam 86 formam inducat, præcisè & specificè servandam, ex c. cum dilecti ubi latè Fel. de rescript. c. si cuidam sacerdotali de præbendis, lib. 6. Paris. conf. 12. n. 47. & conf. 15. n. 23. vol. 2. Rota dec. 13. n. 2. de concess. præben. in novis, & dec. 8. de dolo & contum. in novis; ita quod si minimo deficiat forma, nihil actum dicitur, & totus adus corrumpit, latè Fel. ubi proxime n. 10. Moheda. dec. 17. n. 1. de caus. poss. & propr. Decius conf. 532. n. 4. & 5. Tiraquell. de retrac. convent. §. 4. gl. 6. n. 31. cum seqq. Caputaq. dec. 250. p. & dec. 143. n. 3. p. 3. Mando. in regul. 27. q. 20. à num. 16. cum seqq.

Ac ideo presentatio omni modo requiritur, ut fiat 87 post concursum, cum ex approbatis unus est presentandus, quia qualitas adjecta verbo, vel participio, debet intelligi secundum tempus verbi, vel participii, Lin dilectis, §. extraneus. ff. de naxal. lex factio ff. de vulg. & pup. c. si eo tempore de rescript. lib. 6. & Lopus Abb. in c. si à sede de præbendis, lib. 6. vers. cum agitur, quem referit Cassiad. dec. 15. ante num. 1. de præbendis, Mohed. dec. 23. n. 1. Simoneta de reserv. q. 53. n. 2. Rota dec. 79. 88 n. 13. p. 1. divers. Gatier. conf. 1. n. 13. Azeved. in l. 1. n. 82. tit. 5. lib. 6. recap. Et quia Concilium Tridentinum utitur verbis præteriti temporis ibi inter probatos ab examinitoribus, quare verba præteriti temporis præcisè requirunt consummationem, & perfectionem actus; Bart. in l. hoc articulo n. 2. de hered. instit. Bald. in l. si. n. 14. C. de sententiis quæ sine cert. Marfil. in conf. 102. n. 26. Chalfaneus in consuetud. Burg. rubr. 1. §. 5. n. 12. Gratia in discept. foren. 2. p. c. 372. n. 19. faciunt quæ latè Mascard. de prob. 2. tomo concl. 84. n. 28. & supra, ubi multos citat in propositum.

Nec hæc qualitas, quæ à principio requiritur, suffi- 89 ciet, si postea sequatur, l. si quis mibi, ff. de acquir. hered. l. fratres. ff. de pœnis, gl. in clem. ut ibi verbo constitutus, de etate & qualitat. Decius post alios in c. post cessationem de probat. Flam. Paris. de resig. lib. 4. q. 1. n. 14. Aymon. de antiqui. tempo. 1. sess. §. vidimus, & latè n. 33. Raudenfi. conf. 11. n. 26. & probant supra dicti Doctores, & sic sequitur, ut institutio virtute præambulæ presentationis & ante concursum, ac probationem sit nulla, tanquam facta contra formam & non debita servata qualitate nec debito tempore, nisi postmodum alia de novo subsequatur presentatio ut illius sit opus officior, & approbatus, vel etiam alterius ex approbatis, & examinatis, juxta tenorem d. c. 18. & ea quæ notantur in l. bove, §. hoc ff. de verborum signifi.

Et hoc ex eo iterum clarius redditur, nam instrum- 90 mentum productum ante litem contestationem, cum eo tempore possunt fieri probationes, ut habetur rubro, & nigro, ut lite non contestata, &c. non probat, nisi postmodum tempore probatorio iterum producantur, ita singulariter tradunt Marfil. in singul. 170. incipit animadvertant Federi. de Senis conf. 160. Butrig. in c. cum dilectus, §. nos ipsi col. ult. de ord. cognit. Felini. in c. causam quæ col. 2. post n. 6. de testibus, & inc. 1. col. pen. sub n. 28. de prob. Accursius in l. quæ omnia in l. 1. ff. de procur. Bar. in l. mutui in princ. eodem tit. Bald. in l. art. prator. in princ. vers. circa secundum ff. de iurejur. latè persequitur post alios Mascard. de prob. tom. 2. concl. 923. per totam.

Et comprobatur, am appellatio à procuratore inter- 91 posita tempore, quo carebat mandato, non sustinetur, etsi postmodum illud habeat sufficiens; nisi denuo alia interponatur, si sit intra terminum, secundum Salgado de Protect. Reg. l. 1. 2. commu-



communem opinionem, quam secuta est Rota per Achil. de Grallis decif. 10. alias 236. appellatio procurator. de appellat. fol. 101. Lancelot. de assenta. 2. p. 22. Scaccia de appell. quest. 5. a n. 27. dicentes quod propterea talis appellatio non caufaret attentata, reddentes rationem: quia personae habitas requisita tempore actus non sufficit quod interveniat post actum. Scaccia lib. 1. cauf. civil. & crim. cap. 101. n. 32. in fin.

93 Et ita nova a patrono presentatio, non solum potest fieri expresse, sed etiam tacite, ut puta, si patronus intra tempus aliquem actum fecerit per quem tacite inducatur alia nova presentatio illius, quem antea presentaverat; juxta mirabilem Rotae Rom. decisionem juris patronatus de anno 1588. coram Blanqueto, ut testatur (aliud agens) Garcia de benef. 11. p. c. 3. nu. 17. ut determinaverit, quod licet, resignatio facta abque patroni consensu sit nulla, tamen presentatio facta a patrono ea de causa non valet, quia non addicatur 94jus a resignante possessore, ac eo mortuo, patronus continuans litem cum resignatorio, perens ut instituat ille a se presentatus, haec prosecutio litis aequipollet novae presentationi factae in tempore, adeo ut excludat devolutionem.

95 Corroboratur etiam ex eo, quod dicit Salcedo, in add. ad Bernard. Diaz. c. 21. de illiteratis sub litera C. in fin. quod licet collatio beneficii illiterato facta, sit nulla, si tamen postea literas ille adducat, & is qui contulit sciens, non poenitet, intelligitur de novo tacite conferre, & pristina collatio nova quadam collatione reviviscit, ex his quae late Fel. in cap. cum ex officio, n. 37. de praef. sequitur Gonzal. de alterat. gl. 14. n. 46.

96 Haec traditio possessionis beneficii facta ab habente potestatem conferendi, per necessarium antecedens inducitur tacitam, & virtutem collationem, Puteus de trisf. 120. & decif. 125. lib. 5. Aquil. decif. 4. de praebend. Covarr. lib. 3. variat. c. 16. n. 10. Caputa. decif. 81. n. 5. p. 1. & Rebuff. plures similes adducens casus de pacificis possessio. nu. 12. usque ad 18. plenè Selva de benef. 3. p. 9. 10. in princip. & n. 24. Rot. decif. 987. lib. 3. p. 3. diverf. Gonzal. ubi proxime n. 45. & supra, & gl. 5. in princ. 97nu. 54. docentes, quod collatio aut presentatio potest fieri non solum expresse, sed etiam tacite per aliquos actus, Garcia de benef. 11. p. c. 3. n. 17. ubi tacita presentatione Marefcot. late variat. solutio. lib. 2. c. 33. a n. 21. & supra a princ. Alia etiam circa hanc quaestionem videnda sunt infra 6. p. c. 28.

98 Redeundo igitur ad nostrum propositum, a quo lapsi egredimur, ut scilicet concursus necessario requiratur pro forma in parochialibus juris patron. Ecclesiastici, adeo procedit, ut quemadmodum in mere collativis, etiam reservatis suae Sanctitati, & in ejus mensibus vacantibus, vel alias reservatis, seu affectus illum possit facere in partibus, & in sua dioecesi quilibet ordinarius, non obstantibus regulis reservatoriis, ut expresse disponit idem Concilium Trident. d. 18. c. sess. 24. de reform. ubi etiam si ipsa parochialis Ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, &c.) & idem etiam disponit d. motus proprius Pii V. tenet Zerola verbo parochia §. 2. dub. 4. & 10. ac ita declaravit sacra Concilii congregatio, quam declarationem ad propositum refert Flam. Parif. de resig. benefic. lib. 8. quest. 9. n. 103. & ad litteram etiam refert Hieron. Gonzal. in regul. de mens. gl. 6. n. 112. aliam etiam declarationem facit ad idem eadem Sancta Congregatio, quam refert ad litteram Anast. Germe. de indul. Card. §. quibusvis n. 1. 7. Flamin. Parif. supra l. 10. q. 7. n. 12. ejus etiam meminit Nicolaus Garcia de benef. 9. p. c. 2. n. 154. hoc etiam sequitur Cuch. de repub. cap. 12. de patrono n. 6. Marcus Anton. Genuen. in pract. Archiep. cap. 65. nu. 1. Riccius statim citandus, Maref. lib. 1. variat. resolut. cap. 2.

Pariter & eodem modo in parochialibus juris patronatus Ecclesiastici, vacantibus in mensibus reservatis suae Sanctitati concursus faciendus est sperto patrono, ut declaravit sancta Congregatio super eodem Tridentino, (cujus non meminere praedicti Doctores) super illis verbis (quem patronus digniorem, &c. in sequentibus Congregatio censuit, si institutio ad parochiales Ecclesias; quae juris patronatus Ecclesiae sint, faciendae erit a summo Pontifice, quia forte in mensibus reservatis vacaverit, jus eligendi digniorem ad solum Episcopum pertinet qui transmittere debet attestationem examinis facti per concursum, quotquot in eo fuerint approbati & quem ex approbatis ut digniorem, cui Sanctitas sua gratiam faciat, nominare) & iterum eadem Sancta Congregatio super eodem vericulo Trid. in his verbis: Si beneficium curatum juris patronatus Ecclesiae mensibus Apostolicae sedi reservatis vacaverit; Episcopus ipse ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide ordinarii a summo Pontifice instituentium, sicut fit in aliis curatis, quae non sunt de jure patronatus.) Riccius in practi Eccles. concurs. dec. 414. vers. fin.

Nam certissimum est, in jus patronatus Ecclesiastici (quod illud est quando ex bonis Ecclesiae beneficium fundatur, seu dotatur, aut a laico donatur Ecclesiae, aut ratione Ecclesiae competit alicui juxta gloss. in Clem. 2. verbo presentare de jure patron. gl. verbo in concl. in c. dilectus. 6. de off. delegat. ubi omnes text. in c. 1. de jure patro. lib. 6. Roch. de Curte de jure patro. verbo jus quest. Rebuff. de nomina. quest. 8. n. 2. Lambert. de jure patro. lib. 1. q. 1. art. 5. per totam. Covarr. in pract. q. c. 36. n. 5. vers. 2. Flamin. Parif. de resig. lib. 2. quest. 4. a num. 39. reservationem ex regul. de mens. sicut aliam quamlibet intrare non est dubium, quia facile huic juri patro. praesudicatur, c. cum dilectus de jure patro. c. dilectus & ibi Abb. de off. delegat. late Ojeda de beneficior. incompat. 1. cap. 24. n. 112. Mandof. in regul. 1. q. 8. n. 5. Castador. decif. 4. n. 2. de jure patro. Cov. d. cap. 36. n. 5. late Hieron. Gonzal. in regul. de mens. gl. 28. n. 5. & seqq. 102 qui nu. 7. dicit quod per solem simplicem collationem factam a Papa, censetur derogatum juri patro. clericorum abque alia derogatione, Castador. decif. 4. n. 11. de probationibus fin. nu. 5. de jure patro. quod secus est in jure pat. laicorum, quod sub nulla reservatione comprehenditur, ut late per Gonz. d. gl. 18. a princ.

Et obiter advertes, quod in his beneficiis reservatis approbatus, & electus per concursum ordinarii tenetur pro obtinenda collatione a sede Apostolica fidem approbationis mittere, ac rationem concursus manu Episcopi, seu ejus Vicarii subscriptam intra quatuor menses, ut constat ex motu proprio Pii V. quae currunt a die habitae notitiae vacationis, ut late per Gonzal. ubi supra d. gl. 6. n. 131. cum seqq. & quae addunt Garcia ubi supra n. 7. in 10. §. declarationis sanctae Congregationis ibi adducta, & si non servatur forma tradita a Concilio 104 Trid. in hujusmodi parochialium provisione vacantium in mensibus reservatis, impetrari potest a sede Apostolica, & impetranti concedi solet breve rigorosum de capiendi possessione nomine Camerae, ut per Gonz. ubi proxime numeris sequentibus, & superius a num. 116.

Et in jure patronatus laicorum alia forma describitur 105 ta est per Concilium, & dictum motum proprium, ut in vacatione talis beneficii abque concursu provisio fiat, cum postquam edictum propositum est, intra tempus a jure concessum, presentat patronus aliquem clericum, isque simpliciter (nullo alio admisso) examinandus est ab examinatore synodali, cui, si idoneus reperitur, institutio faciendae est ab Episcopo, ut disponit dict. Concil. Trident. d. cap. 18. sess. 24. de reformatione versic. quod si jus, &c. in haec: Quod si jus patronatus laicorum fuerit, debeat, qui a Patrono

Patrono presentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra examinari, & non nisi idoneus fuerit, admittit &c. (& censuit etiam Sancta Congregatio Cardin. super d. Concil. vers. quod si jus patronatus laicorum, &c. in his verbis speciale est in jure patronatus laicorum, ut non requiritur concursus in collatione Ecclesiae Parochialis, & iterum eadem Congregatio sacra super eodem vers. ita ait: Examen per concursum fieri non debet in vacatione parochialium quae sunt juris patronatus laicorum, sed sufficit, quod deputatus a patronis examinetur ab examinatore, in Dioecessana Synodo deputatis, & idoneus judicetur, prout statuit hic Concilium Tridentinum, §. & quod si jus patronatus, &c. tradunt Flamin. Parif. de resig. benefic. lib. 8. quest. 9. n. 111. Zerola verb. parochia §. 2. dub. 7. Cuchus de repub. c. 28. de parochio num. 6. Marcus Anton. Genuen. in practi Archiep. cap. 61. num. 2. Gonzal. in regul. de mens. gl. 6. num. 134. Lessius lib. 2. cap. 24. n. 58. & 81. Nicol. Garcia de benef. 2. tom. 9. p. c. 2. §. 2. num. 255. Aloys. Riccius in practi Eccles. concurs. ad paroch. decif. 426. a n. & seqq. 106 ubi quatuor modis limitat Rota per Ludovicum decif. 594. a num. 1.

Sed succedit statim difficultas, an in parochialibus juris patronatus mixti laicorum, & clericorum concursus necessarius sit; cui quidem plures providit sancta Congregatio Concilii super d. c. 18. super d. vers. quod si jus patronatus, ut concursus fit necessarius, quemadmodum in aliis Juris patronatus omnino clericorum, & in haec: Quae si juris patronatus partim Ecclesiastici, partim laici, servanda est forma examinis per concursum hic posita, quam Concilium praestitit in conferenda parochiali, quae fit juris patronatus mere Ecclesiastici, idem dicendum est quando patronus ex duabus partibus pertinet ad laicum, & pro una tantum ad Ecclesiam: & super eodem Concilio superius super ver. juris patronatus, &c. pariter Congregatio censuit his verbis: Idem in collatione, & institutione juris patronatus mixti: scilicet, partim laici, partim Ecclesiastici. Sed tunc factio concursu in parochialibus mixti patronatus electum presentat, & ab ordinario institutio faciendae: notat Gonzal. ubi proxime n. 135. & 136. & Garcia a num. 276. Riccius supra de resig. 414. ad fin. & 416. num. 3.

Et est ratio scilicet favor Ecclesiae, cujus est proprium interesse, ut maturius, meliusque illis provideatur, prout fit dato concursu, ac ideo qualitas attenditur quae Ecclesiae prodest, ut dicit Garcia, ibi n. 179. secundum Felinum in tract. quando litera Apostolica, censil. 6. Lambert. 1. p. lib. 1. q. 1. n. 6. quia tunc jus patro. 111 Ecclesiasticum tanquam dignus trahit ad se laicale minus dignum, & pars clerici trahit ad se partem laici, cap. per tuas, cap. contingit de arbitris c. 2. de consecratione Ecclesiae, vel altaris: at quando non adest aliquis Ecclesiasticus favor, sed ipsius patroni, tunc qualitas laicalis praevalet Ecclesiasticae, neque laicus propter clericum, & ejus societatem nimum praedictum patitur, nec suum perdat privilegium, hoc enim aequum est, ut in re individua societas aliis non praesudicat, notant Garcia supra n. 284. & Gonz. gl. 18. n. 12. & ideo tale jus patronatus mixtum non cadit sub generalibus reservationibus secundum Gemin. in c. unicus in fin. vers. de jur. patro. lib. 6. Felin. in c. multorum n. 3. vers. & ideo singulariter de Judaeis, Abb. in c. dilectus n. 5. de off. delegat. Castador. decif. fin. ante n. 11. de praebend. & decif. 7. de jure patro. Selva de benef. 3. quest. 11. n. 11. Rochus de Curte de jure patro. verbo jus, in 1. quest. accessoria 7. quest. princ. n. 23. Lamber. de jure patro. 3. p. lib. 2. quest. 9. n. 9. in fin. Rebuff. in tract. de nominat. quest. 15. n. 7. Covar. in practi. quest. cap. 36. sub n. 5. vers. tertio opportunè, Mandof. in regula 1. cancell. quest. 8. num. 6. Ojeda de benefic. incompat. 1. p. cap. 24. n. 114. Grassis de cif. 3. per totam de jure patron. Petrus decif. 157. per totam lib. 3. Crescentius decif. 3. Salgado de Protect. Reg.

de jure patron. Verall. decif. 405. lib. 1. & Garcia & Gonzal. supra, vide n. 137.

Et respectu derogationis videndus Felin. in tract. 116 quando litera Apostolica amplia, 6. & lim. 3. Rochus de Curte de jure patro. verbo jus, n. 15. Lambert. p. 2. lib. quest. 9. art. 9. Covarr. practicarum quest. d. c. 36. sub dicto num. 5.

Pro qua resolutione, & illud facit, quod in parochialibus unitis cum aliqua dignitate aequè principaliter concursus in eisdem dignitatis provisione, omnimodo necessarius est, ut bene infert Nicolaus Garcia de benef. 9. p. c. num. 194. ex declaratione sanctae Congregationis dicentis: Examen concursus non est necessarium in dignitate, quae parochialem perpetuo, & accessorie unitam habet: refert Anast. Germe. de indul. Cardin. §. quibusvis num. 7. & 8. Lessius de repub. c. 34. num. 8. Gonzal. gl. 5. §. 7. 13. gloss. 6. num. 162. quoniam unio facta aequè principaliter nihil noviter operatur, sed utrumque beneficium manet beneficium sicut erat, & quaelibet Ecclesia in suo statu & honore remanet, & proprios redditus agnoscit, gaudetque suis privilegiis, sed illud solum operatur, ut unus sit Rector utriusque, gloss. in cap. & temporis 16. quest. 1. & gloss. in c. 1. ne sede vacante, gloss. in Clem. per literas, de praeb. & ibi q. 17. Cardin. Imol. a n. 15. Abb. n. 5. Bonif. a n. 20. Caccialupus art. 2. n. 2. & art. 8. q. 3. Petrus de Perusio cap. 1. n. 6. & 2. sub num. 3. Rebuff. in practi benefic. tit. de unioni. n. 15. & tit. de vicariis perpetuis n. 3. Corral. 4. p. n. 57. Mandof. regula 12. quest. 1. num. 4. & conf. 27. a princ. Ojeda de benef. 1. p. 13. num. 2. & 8. & 2. p. c. 3. Gonzal. gl. 5. §. 7. n. 112. cum seqq.

Et haec duo beneficia unita aequè principaliter si sint 117 in diversis Dioecesibus, vel aliis diversis collatoribus spectent, in illorum provisione requiritur utriusque Episcopi, seu collatoris consensus, Abb. in d. c. 1. n. 6. Caccialup. art. 1. num. 2. art. 8. quest. 3. Petrus de Perusio cap. 1. n. 6. Nicolaus Garcia de benef. 2. tom. titulo de unioni. 12. part. cap. 2. a num. 47. quod secus est quando 118 in provisione beneficii, cui alterum alterius dioecesis est unitum accessorie, quia tunc sufficit consensus Episcopi beneficii principalis dumtaxat, Petrus de Perusio de revocatione unionis cap. 6. quest. 6. nu. 4. Puteus decif. 433. lib. 2. & decif. 40. lib. 1. & decif. 15. lib. 2. p. 3. div. Gonzal. supra n. 24. quia non attenditur natura, & qua 119 litas beneficii annexi accessorie, sed dumtaxat principalis, ex auctoribus superius allegatis, unitum alteri principali, assumit ejus naturam, consuetudines, & privilegia, in d. c. temporis, & in d. c. 1. Petrus de Perus. c. 2. 120 num. 10. & 6. Navarr. conf. 6. num. 2. & perdit propriam praerogativam, proprium nomen, ac titulus de beneficiis extinguitur, ac supprimitur & de cetero denominatur a principali: optimè multa per Gonzal. d. gl. 5. §. 7. ex n. 2. & Nicol. Garcia d. 12. c. 2. a princ. apud quos videre 121 poteris multos, ac elegantes effectus, resultant ex hoc, quod beneficia sint principaliter unita vel quando accessorie uniti alteri.

Nostra autem superius dicta conclusio; ut in Parochialibus juris patro. laicorum locum non habeat concursus, declaranda erit, ut intelligatur, quando patronus laicus unum dumtaxat presentat, secus autem si presentat plures, nam inter ipsos presentatos, & non alios examen per concursum omnimodo faciendum est, & reperti idonei, sunt ab examinatore approbandi, & ex his approbatis est unus idoneus ab Episcopo eligendus, ut Sacra Congregatio Concilii super d. c. 18. super versic. quod si juris patro. his verbis declaravit: 123 Eveniente vacatione parochialium de jure patronatus laicorum, quando plures sunt presentati, requiritur examen per concursum inter ipsos presentatos tantum, ut ex his, qui peracto examine idonei ab examinatore reuantiati sunt, Episcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit, ad quod illum, & non alterum



alteram instituat, juxta hoc decretum & ita tentum fuisse in Rota refert Flamin. Paris. de resign. lib. 6 qu. 5. n. 21. Gonzal. gl. 6. n. 138. Riccius in pract. Eccles. concursus q. 16. n. 2. Marefcot. variar. resolut. lib. 1. c. 5. num. 1. Rota novissima per Ludovium decif. 493. n. 3. qui testatur idem fuisse tentum in Pamplonae. de Zal. 26. Junii 1609. coram Ortembergo, & in alia Pamplonae. Parochia. 27. Januarii 1614. coram Coccino Decano.

de off. deleg. in 6. num. 14. Rocius verb. honorificum n. 2. Lambert. 3. p. 2. lib. 2. quest. 2. Corral. 4. p. cap. ult. num. 25. Joan. Nicol. Gime. in enchirid. benef. tu. 5. c. 7. n. 9. Gregor. Lopez in l. 5. tit. 15. p. 1. gloss. 2. & Mohedan. de cif. 6. de jur. patron. aliis 268. & aliis 266. incip. resolutum fol. 221. per quem & Felin. in c. cum iur. col. 3. de except. in tr. quod litera nocent. par. Dicit Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 2. q. 4. n. 3. optimè etiam per Spinam in specul. testam. gloss. 4. princ. à n. 96. ex text. in c. decernimus, & in d. cum Bertol. de re jud. Ex eorum verbis (ibi irritam noveris) & ibi (irritam fore) constat, cum sint verba presentis temporis, quae inducunt nullitatem ipso jure, per doctrinam glossae in l. crim. C. de iur. iorn. jud. & in c. 2. de hereticis lib. 6. verb. inmoderate & est commun. secundum Felin. in c. Rodulph. de reser. Ill. in l. post. nat. n. 25. C. de honor. pess. Men. in l. 1. n. 28. C. de iur. & facti ignoran. & sic sequitur, quòd cum ipso jure nulla provisio, & collatio facta ab ordinario abque praesentatione patroni, executioni, (sive sumis in beneficiis curatis) quibus five extrajudicialiter, five judicialiter procedatur, non datur appellatio suspensiva; five sumis in beneficiis simplicibus, in quibus non appellatur, quando extrajudicialiter proceditur, de quo nos latè supra lib. 2. c. 13. a princ.) executioni, inquam mandandam non esse, quam non meretur actus nullus, juxta l. 4. §. condemnat. ff. de re jud. & sic appellatio deferendum esse constat ex dictis hoc capite.

Quod tamen est declarandum, & intelligendum, hanc collationem esse nullam, si ipse patronus reclamaverit, ac contradixerit intra tempus à jure concessum sibi ad praesentandum, non aliàs sustinebitur, & valida remanebit transactio abque contradictione, probant Cardin. in elem. 1. de suppl. negl. pral. sub n. 11. Abb. q. 5. n. 7. alios allegans Felin. in d. c. cum Bertol. n. 10. & 14. & in c. cum ex off. de prescript. n. 36. & in tr. ad. quòd litera Apost. lim. 10. Prob. in c. statum de praben. Selva. de benef. 1. p. q. 6. n. 15. & 3. p. q. 9. num. 2. Roch. d. n. 2. Lamb. ubi sup. & q. 8. art. 2. num. 3. & q. 9. art. 24. Rebuffi. in praxi 3. p. sign. verb. nec non juris patron. 51. & de nominat. q. 17. n. 31. aliàs 11. & consil. 79. & 81. Corral. & Gregor. ubi supra. Gambar. de off. deleg. lib. 3. à num. 34. Petr. Pegui. in regul. benef. n. 16. in 6. Ferret. conf. 33. nu. 1. Hieron. Gabriel. consil. 175. lib. 2. Perez. de Lara de ann. & appell. 2. cap. 10. n. 29. Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 8. q. 10. num. 10. Zerol. in prax. Episcop. 1. part. ver. jus patr. §. 8. dub. 8. Caput. decif. 133. part. 1. Moheda. ubi sup. Put. decif. 412. lib. 1. optimè Spina ubi supra in dist. gloss. 4. n. 99.

Et licet huic doctrinae, seu declarationi plures assignent Doctores rationes; nulla potior illas; nam nullitas collationis ab ordinario factae, spreto patrono, cum sit inducta in favorem ipsius patroni, atque ideo ita demum est nulla, si ipse voluerit & non contradicat, quam reddunt Spina ubi sup. sub num. 99. Cassidor. dec. 2. n. 4. de locat. & Rota dec. 77. p. 1. div. Rot. dec. 10. de jur. patron. aliàs 528. in antiq. Nicol. Garc. de benef. 1. tom. 5. p. cap. 9. n. 238. nam ubi actus annullatur in favorem alicujus, subintelligitur tacita illa conditio, si voluerit ille in cujus favorem actus annullatur, gloss. l. filio pater. & ibi gloss. ff. de injusto rap. latè Tiraquel. in tr. de mori factis. p. 7. declaratione prima, ut in emphyteuta, qui si non solvit per beneium canonem, cadit in commissum, domino volente, & declarat l. 1. de jur. emphyteut. Bald. in l. fin. num. 4. C. de resorand. don. Cuma. conf. 264. col. 3. Decius 146. & conf. 260. num. 8.

Et ista reclamatio inducitur non solum tacite, sed licet praesentante patrono intra tempus, sed etiam ex contradictione expressa locum habet, ita ex Mandol. Mohedano, & aliis advertit Nicol. Garc. de benef. d. tom. 1. 5. part. cap. 9. n. 281. & 43. & in nostro casu, scilicet, data appellatione non est dubium, quia est contradictio expressa, nulla enim major contradictio, quam appellatio, cum ea orta sit duntaxat ad impugnationem actus, ex toto tit. ff. Cod. & decretal. de appellatione. & de multis actibus factis contra patronatus jus, 138 qui revalidatur subsecuto tacito, vel expresso patroni consensu: vide aliquos per Garciam ubi proxime & superius, & quae copiose congesti Flamin. Paris. de resign. lib. 2. quest. per tot.

appellatio, cum ea orta sit duntaxat ad impugnationem actus, ex toto tit. ff. Cod. & decretal. de appellatione. & de multis actibus factis contra patronatus jus, 138 qui revalidatur subsecuto tacito, vel expresso patroni consensu: vide aliquos per Garciam ubi proxime & superius, & quae copiose congesti Flamin. Paris. de resign. lib. 2. quest. per tot.

139 Sed inde incidit alia solvenda difficultas, an appellationi à clerico praesentato ad Parochialem, asserente, se habere majorem, & saniorem partem patronorum & vocum; interjectae à sententia, & institutione, seu provocacione ad examen alterius praesentati ab alia patronorum parte, quem minorem habere, adversarius appellans contendit: non defertens ordinarius, imò ea postposita ad executionem, & possessionem traditionem tanquam Parochialis procedit; vim faciat. Et videtur 140 affirmative dicendum, quoniam praesentato à majori parte patronorum debet fieri institutio, ac praerferri debet praesentato à minori parte, text. est in c. quoniam, de jure patr. c. quis propter, c. auditus de electione, arg. l. quod major ad mun. c. prudentiam in princ. de off. deleg. 141 & quemadmodum haec patronorum pluralitas consideratur, distinguendo iurè jus patron. competens pluribus ut singulari, aut pluribus ut universis, bene explicat post alios Spina in specul. testam. gloss. sub n. 88. vers. cum agitur, ergo facta institutio praesentato à minori parte erit nulla, & per consequens appellatio legitima, ex dictis ad princ. hujus cap.

142 Secundo faciunt, quae paulò ante dicta reliquimus ex c. decernimus 16. q. 7. de institutione facta contemptis, & spreto patronis; ut sit irrita ipso jure, ac propterea etiam in Parochialibus appellationem ab ea interpositam, utrumque habet effectum, devolutivum, & suspensivum; sed hic contentumque patroni ad quorum praesentationem necessarium erit facienda institutio; ergo nulla aliter facta, & per consequens appellatio.

143 Sed contrariam sententiam, imò in Parochialibus suumque esse probanti adversa sententia ferunt à iudice, applicante alteri parti, declaranteque hujus pertinere: dicere hanc esse sententiam nullam, iustitiam tamen: contra quam remedia ordinaria appellationis à jure prodita sunt, non nullitas, quia cum sic lata adversus jus litigatoris, nulla non dicitur, ut appellans Vanius de nullis. sent. tit. de mod. vend. n. proess. sub n. 8. Si enim ordinarius declarasset iustum non habere jus patronatus, etiam si probatum haberet, sed adversarius; non est nulla sententia ipso jure, sed duntaxat injustitiam, & quando non esse juris patronatus Ecclesiam, sed merè collativam declaravit, hoc est iustum gravamen reformandum, & revocandum à iudice superiori adito per viam ordinariam appellationis, ergo multo minus dicitur nulla sententia, qua declaravit faciendam institutionem ad praesentationem quorundam patronorum, quia minorem partem esse contendit adversarius appellans, cum idem sit de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, & cui licet quod est plus, licet quod est minus, & si hoc casu daretur contemptus; sequeretur exinde, quod si institutio fiat ad praesentationem majoris, five minoris partis patronorum, cum una sit relinquenda, dicerentur etiam contempti patroni, quod foret absurdum, cum semper foret nulla quavis institutio.

Ac ideo cum supremorum tribunalium auditoribus non pertineat, regulare has voces, sed extrajudicialiter notoriam vim levare, nec adit ex hoc capite nullitas notoria in sententia, sed duntaxat forte injustitia, horum communiter praxis quotidiana obtinet, ut in beneficiis curatis ex hoc capite vim non fieri per Ecclesiasticum, non deferentem hujusmodi appellationem, declararet, causamque ad eundem remitti, ut suam queat sententiam executioni demandare; & hoc jure utimur, maximè cum in hujusmodi processibus



circa jus patronatus inter comparatos vix aut raro de injuria constat notorie, siquidem hinc inde tot, taliaque deducuntur, quae in jure, & in facto notabilem intricatorem, & obscuritatem praeparant quae tollant notorietatem, & ideo minime suspendit appellatio ex his quae exatè sup. à n. 34. cum seqq. lecus si de notoria injuria apparet absque aliqua intricatone in jure aut in facto, vide quae 154.

151 Et sic ad hos terminos reducendus Bald. consil. 17. factum sic proponitur lib. 5. in princ. & num. 2. qui motus ex dispositione e. quoniam, de jur. patr. dicit institutionem factam praesentato à minori parte patronorum esse nullam ipso jure refert eum Card. Tulc. tom. 6. lit. P. consil. 145. n. 3. & 5. nihil in comprobationem adducens, sed Bald. intelligendus est prout loquimur & secundum text. quam allegat, qui quidem illam conclusionem non probat, sed quod venit irritanda institutio, ut exactissime per eandem Lambert. supra relatum.

152 Nec obstat doctrina Gutieri. lib. 2. canonic. questio. cap. 11. n. 20. & 21. Nicol. Garc. de benef. 9. p. c. 2. n. 157. Riccii in pract. Eccles. juris patr. dec. 191. c. 19. Cavalc. dec. 1. num. 1. colum. 3. & Rot. dec. 117. p. 2. divers. quos nonnulli allegant pro contraria parte, dum dicunt, quod regulariter instituendus est is praesentatus à patronis, qui à majori parte fuerit praesentatus, cui facillime responderet, quod licet jure sit, quod debeat sic praesentatus institui, & ordinarius non faciens faciat injuriam: non tamen nullitatem, Doctores id dicunt, non enim sequitur; probavi rem petitam meam esse. jur. ex contrario declaravit, & sic contra justitiam; ergo nulliter fecit, & sic licet via & remedio appellationis non suspensivae possit revocari sententia, non tamen via nullitatis.

154 Unum tamen te admoceo, quod si ordinarius, dum vocum, & patronorum faciens comparationem in sententia, confiteri evidenter, majorem partem pertinere alicui ex praesentatis clericis, & nihilominus faciendam institutionem alteri, cui facta computatione erronea vocum in sententia expressè, minor pars pertinet; declaravit ista sententia etiam si finis in Parochialibus, esset appellabilis quoad utrumque effectum, cum sit nulla ipso jure, tanquam lata contra juris clari dispositionem clausi in corpore juris, dictantis, ut institutio fiat ad praesentationem majoris partis patronorum, minore relicta text. in e. quoniam de jur. patr. cap. quia prater c. auditis, de electione, cum aliis; & ideo cum de facto constat indubitabiliter ex eadem sententia, jus est applicandum, aliàs erit nulla. text. in l. 1. si item cum ff. qua sententia sine appell. rec. l. si expressim, ff. de appell. l. 2. c. quando provocare non est necesse, c. 1. de sentent. & re jud. ut puta quando judex declarat, ut supponat, aliter aliquem minorem 14. annorum, & declarat validum ejus testam. vel patrono non dandum 6. vel 4. menses ad praesentandum. Anchar. cons. 372. pro declaratione, in princ. Maril. n. 20. Decius cons. 8. post princ. lib. 1. & requiritur quod sit error juris patenter & manifestus in sententia, ad oculum visibilis, habita relatione ad casum, & tenorem legis clarae, & publicae, ac indubitabilis, prout est d. c. quoniam dispositio, non autem sufficit, quod oculi mentis & per subauditos intellectus percipiatur; nam si error ex expressa sententia non exprimitur, sed per relationem ad acta, non erit sententia nulla, testatur de communi Alex. cons. 66. assentis col. 5. vers. nec obstat, lib. 2. & proinde l. si expressim, & d. l. 2. ibi, tam manifesti juris, & c. text. in c. solet ibi, vel intolerabilem errorem in sententia fuisset patenter expressum, de sentent. excom. l. 6. c. venerabilibus §. fin. eod. tit. & ita tenent Innoc. Hostiens. in c. P. & G. circa si. de off. deleg. cujus dictum reputat famosum, & elegans singulareque Anton. in c. ab excommunicato, de rescript. & DD. in d. c. 1. ubi Felin. col. 8. de re jud. l. in l. 2. col. 3. & de errore calculi, expressum autem illud solummodo

dicatur quod in verbis inferitur, & colligitur Bald. in l. ad probationem, l. 1. c. de probat. Angel. in l. prator ait ff. de oper. nov. nuntiatio. quos referens sequitur Decius cons. 68. col. penult. latè & optimè hunc articulum examinat Vanti. de nullit. sentent. ex desect. pro. ess. à n. 118. cum multis seqq. & ideo ex hoc capite (quod raro aut nunquam contingit) sententia dicitur nulla ipso jure & appellabilis, non autem ex c. contemptus juris patronatus, & idem erit quando apparet evidenter & notorie de notoria injuria, absque ulla intricatone in jure, aut in facto, quia tunc etiam efficietur causa appellabilis, latè dixi supra n. 34. cum seqq. & n. 150. quod vix contingit in his casibus.

Et pro hujus materiae perfectione addendum est illud, quod quamvis beneficia Ecclesiastica curata, quae Cathedralibus, Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, aut Monasteriis, Beneficiis, seu Collegiis, aut ipsiis locis quibuscumque perpetuo unita, & annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis singulis visitentur, qui solent providere procurant, ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis ordinariis pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, & c. ibidem deputatos animarum cura laudabiliter exerceatur, appellacionibus, privilegiis, exemptionibus etiam cum judicio deputatione & illorum inhibitionibus quibuscumque in praemissis minime suffragantibus (quae sunt verba Concilii Tridentini sess. 7. de reformat. num. 7.) quo, ut vides, deducitur à compulsionem ordinarii proponendi Vicariis perpetuo in hujusmodi curatis unitis appellacioni emissa, licet non deferat, vim nullam faciet.

Tamen in hujusmodi Vicariis perpetuis Parochialium unitarum concursus nullatenus necessarius est in eorum provisionibus; sed duntaxat ad nominationem seu praesentationem illorum, quorum dignitati, Monasterio, vel Ecclesiae unita sunt, & annexa deputandos, & instituendos esse, text. in c. exirpanda, §. qui vero, & c. de monachis, de praebendis c. unico de Capellis monachorum in 6. & c. 1. de jure patr. Abb. in d. §. qui vero num. 9. Petrus de Perus. in tract. de unionibus c. 11. quest. 6. Rip. responsor. lib. 2. resp. 18. num. 4. Navar. in cons. 11. de statu monachorum n. 3. & 7. Joan. Gutier. cons. 44. Rot. dec. 798. nu. 5. p. 1. div. latè Gonz. de men. & c. alter. gloss. 5. à n. 19. ubi de materia Vicariorum, & praecipuè à n. 50. cum seqq. & gl. 60. à n. 160. optimè etiam latè disputat. Nicol. Garc. de benef. 9. p. c. 2. à n. 285. nonnulla etiam in comprobationem applicat fundamenta Aloy. Ricc. in pract. Eccles. concl. ad Eccles. Parochial. dec. 4. per tot. Caletus in sua Margar. selectorum casuum conscientiae verb. Paroch. pro quo facit constitutio Pii V. 46. super declaratione portionum assignandarum Vicariis perpetuis Parochialium, quae incipit ad exequendum, & in vert. volumus, ita loquitur: Volumus insuper, & ita mandamus: quod dicti Vicarii perpetui, non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis unitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu eorum Vicariorum, praevio examine, approbatione deponentur, & c. & ita pluries determinavit sancta Congregatio Conc. Trid. super decreto 7. sess. 7. de reformat. ut super vers. Vicarios etiam perpetuos, & c. ita ait: Congregatio censuit, nominationem Vicariorum ad beneficiatos pertinere, & hoc etiam Pius V. dicta Bulla citata adducens, ordinarii, vel ejus Vicarii praevio examine approbationem necessariam esse, & c. & iterum alia super eodem vers. in hac: Ex dicta Bulla Pii V. Calendis Novemb. anno 2. nominatio Vicariorum, & perpetuorum spectat Ecclesiis, seu locis, quibus dictae Parochiales sunt unitae, & c.

Et adverte quod eadem Congregatio Concilii ibi, 158 super eodem vers. Vicarios etiam perpetuos, ad finem ait ita: Ad dictam nominationem faciendam poterit Episcopus praesumere terminum decem dierum, & c. quod

in ultima declaratione ipsius e. 7. super vers. super certa re assignanda, in ultima declaratione in hac verba: Sanctissimus Dominus noster Gregorius XIII. non habet pro revocata Bulla Pii V. de Vicariis perpetuis cum in hac limitatione in favorem monasterii, ut Episcopus ad nominationem Monachorum deputet unum ex ipsis praevio examine approbato, & ad notum ipsorum amobilem, & cum Vicario sic deputato debet habitare unus dumtaxat alius Monachus, nec plures extra claustrum maneant, sed non ita censendum, si vellet deputare capellanum secularem ad iurum amobilem, hoc enim pertinet ad Episcopum, & c. & nota haec ad quem hujusmodi nominatio pertinet, quoniam super ea vidi plures violentias in hoc nostro supremo tribunali tollendas trahere.

159 Pariter & eodem modo obiter est videndum an appellacioni interpositae per colligantem superflitem à provisione, institutione, seu concursu facto super beneficio litigioso cedente, vel decedente colligante possessore, vel non possessore per ordinarium non deferentem, vim fieri, sit dicendum, & quotidie in tribunalibus hoc solet declarari, vim fieri, & reponi, certissimum siquidem est, quod quando beneficium curatum, vel simplex super quo lis pendet, altero ex litigantibus, vel decedente, sive in possessione, sive non ab ordinario, alius subrogandus non est in locum demortui, nec aliter providendum beneficium ne multiplicentur colligantes nec lites fiant immortales, ne supervenient colliganti praevio iudicio irrogetur ex natione novorum adversariorum, text. est in c. 1. text. in c. 2. ut lite pend. lib. 6. clem. 1. eod. tit. plene Lancel. de attent. p. 1. c. 3. ex n. 97. usque ad fi. ubi 6. modis ampliat & quidem limitat, aliusque declarat, exactè etiam & optimè Flamin. Paris. de resig. benef. lib. 2. q. 3. à n. 97. & n. 103. Ricc. in pract. Eccles. concursus ad Eccles. c. aroc. dec. 488. vers. tertio cessat.

160 Et per hanc prohibitionem ordinario non amovetur potestas prohibendi hujusmodi beneficia litigiosa in perpetuum, sed duntaxat, ejus suspenditur potestas, donec futuris litis declaratur eventus ad quem beneficium pertinet, ut in d. c. fi. & d. clem. 1. si vero, docent Gomez. in regul. de triennali qu. 31. n. 9. vers. sic etiam dispositio c. 2. Simonet. de resig. qu. 10. n. 5. Mandol. in regul. de impetrat. benef. per obitum famul. Card. quae est 32. q. 9. à n. 5. Covarr. in pract. q. c. 36. sub n. 7. vers. quinto Navar. in c. accepta de restitut. spolis op. 10. solut. n. 30. Nicol. Garc. de benef. 1. tom. 5. p. 1. à n. 133. cum sequentibus, ad idem Hieronym. Gonzal. in regul. de

161 in. in §. 7. proavia qu. 3. ex n. 118. & in gl. 32. n. 40. quod eo usque censetur suspensa, quo usque, scilicet superflites per rem judicatam vindicatur, & ipsa res iudicata habuerit effectum, fueritque executioni tradita, adeoque sit possessionis subsecuta, ut sic decimum fuisse in Rot. cujus meminit Flamin. testatur ubi proxime n. 111.

162 Ac propterea nihil mirum, ut hujusmodi litigiosorum beneficiorum provisione faciendae, factaque ab ordinario lite pendente, sive super curato, sive simplici appellacioni non deferens, vim fieri debeat quotidie, ex hoc capite; scilicet, nullitas ex actis apparentis siquidem provisio, & subrogatio rigorosa facta per ordinarium cedente, vel decedente colligante, sive coram se pendeat lis, sive coram alio, est nulla ipso jure; ita statuit Bonifacius VII. in d. c. 2. ut lite pend. lib. 6. ubi gl. Joan. Monac. Gemin. Anchar. & Franchus, notant communiter Rot. dec. 10. n. 2. ut lite pend. in novis 163 Cassad. d. 5. super regul. Cancell. Bellam. dec. 94. Moheba. dec. 178. vacante, ita ut ita provisos contra formam dicti c. 2. est de facto removendus à possessione Rot. dec. 3. de restit. spolis, in novis. Cassad. dec. n. 4. eodem tit. Flamin. Paris. ubi supra d. lib. 2. q. 5. n. 108. qui quidem videndus omnino, optimè per totam illam

questionem hunc examinat articulum, apud quem, & 164 ceteros citatos videbis, aliud esse dicendum in subrogatione per gratiam factam à summo Pontifice, quae gratiosa vocatur, in locum, & possessionem, jusque demortui juxta regulam Cancellariae de subrogandis collacionibus, & ut plurimum ipsemet colligans subrogatur.

Et haec conclusio d. c. 2. ut lite pend. lib. 6. & clem. 1. 165 procedit, & extenditur ad beneficia juris patronatus, etenim pendente lite super ipso jure patron. patronatus praesentare non potest. Calder. cons. 1. ut lite pend. Gemin. in d. c. 1. ult. nota. Paris. cons. 47. n. 13. vol. 4. & est communis opinio secundum Sarnerium de subro. col. qu. 13. & de magis communi Rochus de Curt. de jur. 166 patr. verb. honorarium n. 53. q. 23. Sarn. dec. 3. 1. Guidobon. dec. 104. ampliat & limitat pariter haec conclusionem. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 4. à n. 522. usque ad fi. & quod beneficium non dicatur litigiosum, nec super eo lis pendere; quando esset dumtaxat mota super possessione, quia tunc sola possessio dicitur litigiosa, optimè plures allegans per Flamin. ubi proxime n. 52. & 167 quod lis introducta super beneficio, ut unito, non efficiatur beneficium litigiosum, ut tenet Gonz. in regul. de men. & alter. gloss. 5. §. 7. n. 17. Nicol. Garc. de benef. p. 12. c. 1. n. 32. & quod minus dicatur litigiosum bene. 168 ficium, quando pendet super privatione beneficii, nisi simul agens de privatione petat, sibi adjudicari, quia tunc litigiosum beneficium dicitur, latè plura adducens Flamin. d. lib. 2. q. 3. n. 56. & seqq. ubi alias limitationes adducit.

Ac ideo ex supradictis cum verum sit; ut nec ordinarius providere, patronus praesentare possit, nec elector eligere lite pendente, cedente, vel decedente uno ex colligantibus, ex Doctoribus jam citatis; ita nec ipse ordinarius per consequens concurrens ad Parochialem litigiosam facere, ut absolute & generaliter loquens, multa fundamenta in comprobationem cumulans, tenet & bene defendit Gonz. in gloss. 6. à n. 142. quod tamen fallit in subrogatione gratiosa, facta per suum Pontificem, quando noluit ipse Pontifex eandem facere in colligantem superflitem; tunc enim in Parochialibus concursus adesse potest. Nicol. Garc. de benef. 6. p. c. 2. num. 170. & seqq. ubi adducit decretum sanctae Congregationis editum 23. Junii anno 1504. ibi: Quando in illis summus Pontifex noluerit colligantem subrogare, verum jus demortui in alium transferre, & c. quia Garcia intelligendus est, & reducendus ad terminos d. declarationis, non alter. Quoniam foret subvertere tot decreta, & constitutiones Canonicas, prohibentes provisionem horum beneficiorum, quam etiam declarationem (errorque foret manifestus contra dictam Congregationem) adducit ipse Garcia ibi nu. 172. cum seqq. declarat & reducit ad limites d. c. 2. ut lite pend. in 6. & d. clem. prime, 171 ut hoc casu facto concursu electo, ut magis idoneo non sit faciendae collatio, sed est expectandus finis litis, sed si talis electus petierit, se admitti ad defensionem litis in statu, in quo est illo tempore; admittendus est pro suo interesse; juxta d. c. 2. vers. sane, & ibi gl. & Doctores, ut lite pend. lib. 6.

His adde quod praesentatio debet fieri personaliter, 172 id est sensibus corporis illius cui fuit praesentatio, adeo quod praesentatus debet esse corporaliter coram ordinario, nec sufficit patronum praesentantem aliquem, solum mittere instrumentum praesentationis ordinario, ut per Sylvest. 3. p. q. 1. n. 6. & q. 2. n. 45. Rota in terminis dec. 3. de jur. patro. in novis. Achil. dec. 12. eodem tit. Rot. dec. 211. in novis. Fran. in c. si §. verum in 1. not. de jur. patron. in 6. Rochus de Curt. in tract. de jur. patron. verbo, patronus; & juxta hanc opinionem fuisse in Rota resolutum in una Aesculana Parochia. 13. Januarii 1548. coram Anton. August. testatur Aloy. Ricc. in pract. jur. patron.



- 173 *patron. dec. 156. a. n. 58. cum seqq.* & pluribus aliis Doctores diximus infra c. seqq. Et est ratio, quia presentatus debet prius examinari ab ordinario, antequam instituitur, ad finem videndi, si est idoneus, secundum Panor. in c. pastor. n. 7. de jur. patron. Anchar. in c. jur. capti. n. 2. de prebend. in 6. Bebut. q. 10. n. 15. Riccius ubi proxime nu. 6. quando autem presentatio facta de absente futineatur, vide latissime per Nicol. Garc. de benef. 4. p. c. 1. a. n. 15. cum seqq.
- 174 Qui n. 6. ex hoc infert quod aliter facta presentatio, quam modo predicto, ultra quod erit nulla, patrono etiam currit tempus, Innoc. in c. in Lateran. in ult. nor. de preben. Monal. conf. 149. n. 3. & seqq. vol. h. Rub. Alex. conf. 93. & hæc opinio scilicet, quod presentatio fieri debeat personaliter, corroboratur ex decreto Trident. sess. 24. c. 18. de reform. & 25. c. 9. quoniam modo sustineatur praxis hodierna, quod admittitur absens presentatus a patrono, & quando, vide, quod latius explicat Nicol. Garcia ubi proxime.
- 175 Et ob hanc doctrinam presentatio facta de clerico absente erit nulla, ut tenet Ricc. ubi supra, & iterum in dec. 158. per totam, vide tamen Nicol. Garciam locis proxime citatis.
- 176 Unum tandem te adverte, quod non omnia contenta in d. c. 18. sess. 24. de reform. disponente circa provisionem Parochialium, dantque formam servandam cum decreto irritante formam inducere, ita ut si non 177a libeant annullare provisionem, ut videre est in deputatione vicarii, seu œconomi ad vacantem Parochialem secundum latè tradita per Garciam de benef. p. 9. c. 2. n. 19. & 20. & quod de edicto cum majori termino apposito (de quo nos supra & per eundem ibi num. 46.) item quod eligatur magis dignus, licet ipse omittatur, non peccat in forma, & sic nullam non reddi provisionem, cum sit ei per medium appellationis à mota proprio Pii V. in conferendis provisum, probat latè ipse Garcia ibi n. 235. cum seqq.
- 178 Nunc de nullitatibus, quæ accidunt in provisione simpliciorum beneficiorum, tractemus, ex quibus facile colligetur, quando appellationi sit omnino deferendum; & in primis dico; quod in beneficiis quæ sunt non liberæ collationis, sed juris patronatus, five simpliciter, five curata, & edicta præcisè & necessario debent precedere institutionem faciendam, alias ipsa nulla redditur ipso jure juxta text. in c. si de electio. lib. 6. qui procedit etiam in institutione, ut post Doctores ibi tenent Lap. alleg. 8. n. 4. & ejus addit Mandol. liter. V. Kochus de Curt. de jur. patro. verb. honorificum, q. 2. n. 4. & q. 38. n. 69. Lambert. communem dicens 2. p. 2. l. 9. 6. v. 1. 2. 4. 12. & 16. Hier. Gabriel. conf. 199. n. 2. lib. 1. Flores de Men. q. 3. n. 55. Aymon. conf. 63. n. 2. Perez de Lar. de an. & Capell. lib. 2. n. 10. n. 42. & 39. & 40. Crecent. dec. fin. de jur. patro. Caputaq. dec. 37. p. 2. Cort. dec. 377. in miscellaneis manuscr. Puteus dec. 484. Ricc. in prax. Eclesi. jur. pat. decis. 160. per tot. vide quæ nos supra num. 49.
- 180 Nam alias provisionem nullam esse ipso jure, pluries de arassa Rotam, testatur ipse, & debet in edicto terminus competens assignari, & peremptorius, ut in d. c. fin. ubi Doctores & Lambert. ubi proxime art. 21. Perez de Lara num. 44. & quod superius diximus, & ita non esse de forma provisionis Parochialium ex decreto Trident. sess. 24. de reform. c. 18. procedit in beneficiis liberæ collationis, at hæc conclusio procedit in beneficiis quæ sunt juris patron. juxta ea quæ nos supra d. num. 49.
- 181 Et in tantum, quod quando sunt alii patroni certi, non sufficit citatio generalis per edictum, sed debent nominatim, & specialiter citari; alius institutio est nulla ipso jure, ut per idem c. fin. & doctores ibi dixerunt Perez de Lara ubi supra n. 42. & 43. quem sequitur Nic. Garc. de benef. 2. tom. p. c. 4. n. 8. ubi refert aliquas Ro-

tae decisiones. Item etiam affirmat Lambert. de jur. patro. lib. 2. p. 2. q. 6. art. 11. & 12. Secus autem in cæteris beneficiis merè collatis, & in collatione eorum, in 182 quibus nulla requiritur citatio, aut vocatio, etiam per edictum gloss. in d. si de elect. in 6. verb. observari. Phil. Franc. in c. constituti 2. n. 12. de appell. Erub. ad Monach. in c. licet Episcop. de preben. in 6. n. 2. Sarter. in reg. de infirm. q. 18. Rot. dec. 309. n. 2. p. 2. divers. Flores de Men. præq. quest. 3. a. n. 54. vide quæ nos sursum numero 49. seqq. ubi limitavimus hanc doctrinam.

Unum tamen nota, quod licet hoc casu provisio, & institutio sit nulla ipso jure non tamen ipsa presentatio, ut bene probat Aloyf. Ricc. in prax. Ecclesiast. juris patron. dec. 160. per totam.

Pariter ratio appellandi in promptu esse dicitur, de 184 sciente forma assignata in beneficiis simplicibus à Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 13. cum ait: Presentati seu electi, vel nominati à quibusvis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ nuntius ad quævis Ecclesiastica beneficia non instituantur, nec confirmantur; nec admittantur etiam prætextu jusvis privilegii, seu consuetudinis, etiam ab immemoriali tempore præscriptæ nisi fuerint prius à locorum ordinariis examinati, idoneis reperti, & illius appellationis remedio se tueri possit, qui minus examen subire tenetur: præsentatis tamen electis seu nominatis ab universitatibus, seu collegiis generalium studiorum exceptis, qui text. loquitur dumtaxat (ut vide) in electis, seu presentatis, aut nominatis ab Ecclesiasticis personis ad simplicia beneficia quibus assignatur forma, ponderatis verbis, ubi, nisi fuerint prius à locorum ordinariis examinati, & c. quia cum detur ordo formam inducit, quæ non servata, provisio nulla est Felin. in c. cum dilecti 187 de res. rip. nu. 6. versic. sextum signum. Brun. in tractatu de form. tit. quatenus censetur datum aliquid pro form. fol. 4. concl. 15. Cacher. dec. Pedem. 165. n. 14. cum Nevizan. conf. 87. n. 3. Mandol. regul. 24. q. 3. num. 188. 9. & latè de hoc articulo quod examen hoc requiratur pro forma etiam in benefic. simplicibus patronatus mixti, vide Nicol. Garc. de benef. 9. p. c. 3. à princ. præcipue à n. 5. Ricc. in præc. Ecclesi. concursus ad Ec. 189 electiam Paroch. dec. 4. 5. per totam, ubi Rotæ decisionem refert, & quod etiam quilibet notoriè idoneus non excluditur, ibi n. 15. & quod præpositio inducat nullitatem, & appellationem permittat, vide latè Card. Tusc. 190 lit. P. in præc. conclus. 519. fol. 368. tom. 6. & attende d. Trid. decretum, ad fin. ut appellatio non obstat, quominus hujusmodi examen subire teneantur; hoc est, ad differentiam cap. 19. sess. 24. de reform. de quo supra, quod loquitur in Parochialibus, ubi requiritur hoc examen, & approbationem per concursum fieri, at hic in simplicibus simplex examinatio, & approbatio absque eo.

Et ex his inferre etiam poteris ad provisionem Canonice Doctoralis, & Magistralis per concursum, publicumque examen faciendam, in qua quidem multa requiruntur, pro forma servari, juxta tenorem motus proprii Leonis X. & Bullæ Sixti IV. quas referunt Gonz. in regul. de men. gl. 9. §. 2. à nu. 4. Nicol. Garc. de benef. 5. p. c. 4. num. 169. inter quæ est prælatio juramenti corporaliter tactis evangelii faciendæ ab electoribus, & quod vota præsentur secretò, quam 192 vis in aliis Capitularibus de jure hæc forma non requiratur, sed palam potest fieri, & per scrutinium, de quibus hinc inde plurima adducens optimè & per eundem Garciam ubi proxime à nu. 169. usque ad fin. ubi etiam in Capitularibus, qui non adfuit lectionibus, 193 & adibus oppositorum, possit votare, & sit nulla provisio, & an & quando possit quis votare per Procuratorem, & an procurator possit juramentum præstare, & alias plurimas quæstiones contingentes ex

- ex quibus redditur nulla horum Canonice electio, latè optimèque examinat, ad quem occurrit, quoties te necessitas compulerit. Sufficiet tamen dicere, ut in omnibus his casibus, quibus nullitas electionis appareat, vim fieri, & reponi, non deferendo interdictæ appellationi à Capitulo eligentis declarandum in supremis tribunalibus, aditis per viam violentiæ, & de forma tradita à jure, cæteris electionibus, cujus omisso nullam eam reddi; confuge ad integros titulos in decretalibus, & in 6. de electione, & peculiares etiam tractatos, quod mei non est.
- 195 Alia etiam multa, quæ ad provisionem beneficiorum tam curatorum, quam simplicium, quatenus non solum attingunt institutum, apponimus supra 2. p. c. 13. à princ. & etiam in discursu operis; hic autem ea tantum scribuntur & adnotantur, quæ ob solemnitatis defectum, & formæ omissionem, nullas reddunt provisiones, easque faciunt appellabiles.
- 196 Et non solum omisso formæ oppositæ in provisione beneficiorum simplicium & curam animarum habentium (de quibus hæcenus) ipsam reddunt nullam, irritam, & inanem, & per consequens appellabilem, etiam si sui natura atenta appellationem non admittat, sed alio ex capite etiam potest argui nulla, nam cum duplici modo in beneficiorum provisione procedatur, alia extrajudicialiter, alia judicialiter; diximus latè supra p. 2. c. 13. per totum & ibidem latè etiam in Parochialibus procedi contingeri iudicio formato, à sententia appellationi non esse deferendum in simplicibus secus sit, quapropter quando judicialiter procedatur etiam in curatis, si aliqua nullitas attingens processum, & formam iudicii, notoriè scilicet per inspectionem actorum appareat quæ sententiam, seu actum nullum reddat quantumvis hoc ulque dicta forma servaretur, appellationi omnino esse utique deferendum sive (ut diximus) in simplicibus, five in curatis, cum omnis dispositio de mundo, de actu loquens, necessariò de actu valido intelligenda est, juxta ea quæ latius adduximus superius à principio hujus capituli.
- 198 Et in similibus terminis facti quod de Bulla Pii V. dicitur, disponens, quod sententia transacta in rem judicatam mittatur executioni, nisi fit nulla ex defectu citationis, jurisdictionis, aut mandati, quia nihilominus si continet ex alio capite nullitatem puta, defectum terminorum substantialium, intelligitur etiam denegata executio, quamvis limitatè de illis tribus fuit locata dumtaxat, ut per Cassiad. dec. 8. de rescript. Rot. dec. 2. nu. 11. & seqq. eodem tit. in novis, Peregr. dec. 24. lib. 1. Marefc. variar. res. fol. 1. c. 87. n. 31. & 32. nam licet ex omissione terminorum, & aliorum substantialium non oriatur nullitas expressè comprehensa in d. Bull. Pontific. tamen ad impediendam executionem sufficit, quod aliquid amittatur de substantia iudicii. Egid. dec. 27. & Cassiad. dec. 2. de jud. Marefc. ubi proxime num. 32. ubi dicit etiam, quod Bullæ non tollunt nullitatem actuum provenientium ex forma (alias de jure requisita) non servata, juxta c. cum dilecti, de rescript. Felin. in c. quoniam, contra colum. 5. vers. si tamen constitutum, & ita declarando bullam prædictam tenuisse Rot. in a. Roman. Salvia. interdic. 6. Novemb. 1598. coram Orano testatur Marefc. ubi proxime d. c. 87. sub num. 32.
- 199 Nam etiam aliquid statutum disponat, aliquam sententiam esse executioni mandandam, non obstantè appellatione, vel quolibet alio statuto, quia si opponatur nullitas resultans ex inobservantia formæ alterius statuti, talis nullitas, cum non censetur exclusiva, impedit executionem ipsius sententiæ, Joan. Andr. Paul. Castr. & alii tenent citati & sequenti à Ripa in l. 4. §. condemnatum. ff. de re judic. n. 13. Lancel. Robert. de attent. 2. c. 17. n. 50. & idèdè licet elegantè Philip. Franc. in c. dilecto num. 131. vers. quartus limit. etiam de appell.

quod forma tradita in procedendo ad sententiam, seu alios actus, prout citationes, & alias solemnitates processus in aliquo statuto, seu dispositione non intelligitur sublata nullitas proveniens ex capite alterius statuti, & per aliud statutum concedens executionem sententiæ non obstantè quolibet alio statuto, quoniam nihilominus si sententia reperitur lata, seu alia acta facta absque solemnitate, & forma prioris statuti; executioni non est mandanda, cum non sit verisimile, nec credendum, & hujusmodi solemnitates voluisse excludere, arg. l. ad ea ff. de condit. & demonstr. pro quo etiam gl. & DD. in c. cum cum qui, de restitutione spolia. Bar. in l. 1. §. parvi, ff. quod vi aut clam. probant, & docent Decius conf. 195. incipit studendo brevitati, ubi adducit varia consilia Joan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de sent. execut. §. postrem. in addit. in verbo, §. seqq. Paul. Castr. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud. loquitur hoc idem Ant. de But. Imol. & Felin. in c. ex parte 2. de off. deleg. quos referens sequitur Franc. Rip. in d. §. condemnatum, num. 13. & idèdè licet Concilium Trid. d. c. 18. sess. 24. de reform. dicat non obstantè appellatione, esse mandandam executioni provisionem Parochialis Ecclesiæ, & licet quando proceditur in aliis simplicibus extrajudicialiter, nihilominus quoties in omnibus procedatur judicialiter, etsi solemnitates iudicii serventur, nulla redditur sententia & provisio, ut & nos diximus supra in d. 2. p. c. 13.

Quod & ulterius fulcitur, nam dispositio, & privilegium, etiam quod sui natura ampliari debet, nunquam tamen ita ejus est faciendæ interpretatio, ut includat plures specialitates; ita notabiliter docet Bald. in l. si. l. in vers. & nota, quod beneficium sic est interpretandum, arg. l. si quando C. de ineffic. testam. quare si conceditur inhabili facultas testandi, non tamen idèdè ei censetur concessum, ut omittat solemnitates juris; quia essent duo specialiter ex d. l. si quando; quam doctrinam ad l. penult. ff. de constit. Princip. reddit & sequitur Ill. ibi n. 3. Natta conf. 363. stante n. 9. inter consilia Sylvani & sub ejus nomine, conf. 100. stante Marchionali, n. 70. Decius conf. 28. n. 20. Joan. Gutier. præq. civi. lib. 4. q. 1. n. 36. tom. 3. ergo licet Concilium Trid. noviter inducat privilegium executionis sententiæ in curatis, ita debet interpretari, ut serventur necessariae solemnitates, & validæ in eadem sententia à jure requiritur, ne duæ specialitates concurrant, juxta Cod. de dot. promiss.

Hinc ex variis causarum figuris in processibus, aliis 206 ve actibus iudicii nulla reddi potest sententia, siquidem in casibus, ubi necessaria est citatio, illa non adhibita nullum redditur iudicium, c. absens, c. absentia, c. caveant, c. omnia 3. q. 9. c. 1. de causa poss. & propriet. c. inter quatuor de major. & obed. l. ea qua, C. quomodo & quando jud. l. de unoquoque. ff. de re jud. Bald. in l. 1. col. 1. C. quomodo & quando jud. Felin. in c. ex p. c. 13. Bald. in l. 1. de off. deleg. Dec. conf. 63. v. i. p. unctio, col. pen. l. 4. Rom. sing. 674. Anchar. conf. 167. latè DD. in l. si. Cod. de restit. Afflic. dec. Neap. cap. 307. latè Felin. in c. cum olim, col. 9. de re jud. Lanfran. in clem. s. p. in vers. omnia citatio de verb. signif. exactissime multa in proposito cumulans Vantius de null. sent. ex def. citat. per totum, & alibi passim, quod vulgare est.

Illud tamen notabile, quod licet processerit citatio 207 in causa, tamen ex mutatione personarum, five iudicis, five partis, nova citatio decernenda est, ut in iudice remoto, & in ejus locum alius subrogetur, vel ipse aliquem delegaverit ad sententiam pronuntiandam, nova requiritur citatio; emanata à subrogato, seu successore, licet jam processerit, tenent gl. in l. contentancum verb. à quo C. quomodo & quando judex, ubi Bart. n. 11. Bald. n. 7. Salicet. n. 5. Felin. in c. quia V. n. 4. de iudicis in fin. cum aliis adductis per Ant. Gabriel. tit. de citatio. conclus. 1. num. 114. quod declara ut per Hieron.